dem vnd denselben sein wir alles des schuldig vnd gepunden, das an dem brif verschriben stet. vnd das all obgeschriben sach vnserm egenanten lieben Sun Hertzog ffridrichen alzo ganz, stät vnd vngebrochen beleiben, Geben wir im den brif mit vnserm anhangenden Insigel versigelten. vnd darumb zu einer pezzern sicherait, haben wir, zu sampt vnsern Insigel, an den brif gehengt Seyfriden des Torringer vnsers pfleger Insigel vnd vnser Stat zu Öting Insigl, die sy beyde daran gelegt habent, durch vnser vleizzigen gepet willen, in an allen schaden. Geben zu Ötingen, an Mitwochen nach sand Jacobs tag, Nach Christi gepurtt drewtzehenhundert jar vnd darnach in dem Syben vnd Sybentzigsten jare.

Original im Königl. Bairischen Geh. Hausarchiv.

Anh. das hier abgebildete Alliance-Siegel der Herzogin Margaretha von Baiern, geb. Burggräfin zu Nürnberg.

CCCLXV.

Burggraf Friedrich zu Nürnberg bezeugt die Stiftsfähigkeit des Grafen Johann von Schwarzburg.

6. August 1377.

Venerabilibus viris, dominis decano et capitulo ecclesie sancte (sic) Jereonis Coloniensis, *Fridericus* dei gratia *Burgrauius Nûrenbergensis* paratam complacendi voluntatem in omnibus cum salute. Amici karissimi, veniens ad nostri presentiam Nobilis Johannes de Swarzburg iunior, auunclus noster dilectus, nobis proponere curauit, qualiter ipse quoddam certum suum beneficium, pro canonicatu et prebenda ecclesie vestre, cum Gûnthero de Swarzburg, eiusdem ecclesie canonico prebendato, rite permutauerit, quos canonicatum et prebendam, obstante vestre ecclesie consuetudine, assequi nequeat, nisi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

secundum laudabiles et antiquas consuetudines, in receptione canonicorum rite tentas, ortum natalium progenitorum suorum atque suum probauerit, videlicet quod sit ex quatuor parentibus, tam paternis quam maternis, ex gremio illustrium et spectabilium Comitum seu Baronum nobilium ingenue procreatus. Ad finem igitur, ne vestre mentis solercia super ortu claro dicti Johannis hesitare valeat in antea, presentibus lucide profitemur, prout personali et visuali noticia quosdam progenitores ipsius Johannis, quosdam vero fidedignis relatione et testimonio coram nobis factis, agnouisse recolimus, quod dicti Johannis pater, Johannes Comes de Swarzburg, ex nobili Gunthero Comite de Swarzburg et ex matre filia Heinrici Comitis de Sluzzelberg, mater vero Johannis iunioris predicti ex Boppone Comite de Hennenberg patre, ex matre vero, filia . . Comitis de Wertheim, rite traxerint clarum ortum. Propter quod honorificentias vestras rogamus attentius ex intimis nostri cordis, quatenus dictum Johannem auunculum nostrum super premissis omni dubitatione postposita admittere dignemini ad canonicatum et prebendam ecclesie vestre supradictos, sibi aut procuratori suo, ad hoc legittime constituto, de fructibus, redditibus, prouentibus, obuentionibus, iuribus et pertinentiis, secundum dicte vestre ecclesie consuetudines, responsuri, ut pro inde vobis loco et tempore se offerentibus ad similia, uel maiora grata vicissitudine similiter teneamur.

Datum *Herbypoli*, anno domini MCCCLXX septimo, in die beatorum Sixti et sociorum eius, nostro Sigillo sub appenso.

Original im Königl. Preuss. Provinzialarchive zu Düsseldorf.

CCCLXVI.

Notariats-Instrument über die Mailändische Vollmacht, zu dem Verlöbniss des Burggrafen Friedrich des Jüngeren zu Nürnberg, mit des Grafen Barnabas von Mailand Tochter Anglexia.

29. August 1377.

In nomine domini. Anno anatiuitate Eiusdem Millesimotrecentesimoseptuagesimoseptimo, Indictione quintadecima, Secundum cursum et morem ciuitatis Mediolani, Die sabbati, vigesimonono mensis Augusti, Magnificus et excelsus dominus, dominus Barnabos vicecomes, dominus Mediolani etc., Imperialis vicarius generalis, Fecit, constituit et ordinauit, ac facit constituit et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf